

Opuscula

EX
FILIo ACCresCente, (a)
PATER
CoMpLetæ
perfeCtIonIs, et asCensIonIs;

(a) *Filius accrescens Joseph.* Gen. 49. v. 22.

SEU

REVERENDISSIMUS, PERILLUSTRIS, ET AMPLISSIMUS

DOMINUS, DOMINUS

JOSEPHUS

à

STRACHWITZ,

SACRI, ET EXEMPTI ORDINIS CISTERCIENSIS,

EX PRIORE EMERITO

IN

CELEBERRIMI, NEC NON DUCALIS MONASTERII RAUDENSIS

ABBATEM,

ET

PRÆLATUM,

Divinâ Providentiâ,

QVarto KaLenDas NoVeMbrIs eLeCtVs;

Atque

à Servorum minimo:

P. F. Andrea Bartetschcko, Sac. Ord. Min. Reform. Prædic.
ac p. t. Conventûs Nissensis Vicario,

Submissimô Congratulationis Mnemosynô

Publicatus, Laudatúsque.

PROLUSIO
ANAGRAMMATICO-CHRONOSTICA.

RAUDA,

Anagrammaticè :

ARDUA.

ABBAS eLIgerIs tarDè, ratIone petente:
ARDVA per præCeps gLorIa VaDIt Iter. (a)

(a) *Ovid. 4. Trist. Eleg. 3.*

PAROMOEON, VOCE ABBATIS IOSEPHI VNDECIES INSIGNE.

Inclyta IOSEPHO Iam Iungitur Infula Iure,
Imò Iustitiæ Iungitur Ille Iugo.
Ordinis Officijs, Ob Odores, Ornat Olympus;
Ostendens Operas Ocyùs Omnis Olet.
Sic Solitæ Statui Soboles Succrescere Sacro,
Splendoris Spargunt Strenua Signa Sui.
En Est Excellens, Est Ethicus Enucleatus,
Est Ex Egregijs Effigiatus Eques.
Passa Prioratûs Post Pondera, Pulchra Prehendit
Præmia, Pro Psalmis PONTIFICALE PEDUM.
Hinc Habet Hæsuros Heros Humanus Honores;
Hæredes Humiles Hamus Honoris Habet.
Uitis Ut Uvescit, Uernans Uirtute Uigescit,
Unisonô Uotô Uisus Ubique Ualet.
Suspiciat Seros, Stabili Sub Sidere, Soles,
Suscipiat Superi Serta Subinde Scopi.

ObſerVatIones XIII.
transaCtæ ABBATIaLIs eLeCtIonIs,
VeLVt soL, & LVna, & steLLæ XI.
IosephVM
sVbIeCtè Venerantes.

Obſervatio I.

JOSEPHUS II. eligitur ABBAS Ducalis Monaſterij Raudenſis die 29. Octobris.

QUid JOSEPHE ſtupes peregrinæ metra Camœnæ?
In *numeros numeri* me rapuêre Tui.
Fauſta dies Menſis! quæ Te JOSEPHE *Secundum* (2)
ABBATEM talis nominis eſſe docet.
Ille *novem* Muſis *numerus* dare jubila *nonus* (9)
Præcipit, ac Gremium mandat adire Tuum.
Innumerîs numerîs annos *numerare Secundos*
Aſtra Tibi tribuant; nomen, & omen habe!
Sic Tibi nota precor JOSEPHE *Secunde* Camœna,
In *numeros numeri* quam rapuêre Tui.

II.

In Cabala valet JOSEPH 2 2 2. *Addita Syllaba facit* US. 290.
Eundem continet numerum OCTOBER. 290.

JOSEPHO necdum ſatìs eſt ſemel eſſe *Secundum*,
Nominis in cenſu *terna ſecunda* latet.
Vota diem dantem facit ultima Syllaba, (US 29) nulla (0)
Non vacat: O*ctobris* nam notat illa cyclum.
Ipſemet O*ctober* pro Te concordia JOSEPH,
290.
Ut fieres PRÆSUL, vota, diêmque dedit.
Ter felix igitur menſuram nominis imple,
PRÆLATOQUE Tibi cuncta *ſecunda* fluant.

III.

Juxta numerum Romanorum eligitur die xxIx. *Octobris.*

Quòd *decimos* inter *numeros* (xxIx.) ſit I*ota* repôſtum,
Vix reor arcanô poſſe carere ſuô.
JOSEPHUM voluit Vocalibus indere I*ota*;
Nunquid *Pontifici* ſunt in amore *Cruces*?

Quas

Quas benedicturus dabit, absque dolore ferentur,
Non feret ast alias absque dolore *Cruces.*
Hinc *decussatis* JOSEPH permixte figuris,
Crede meras inter Te cecidisse *Cruces.*

I V.

Die 29. Octob. creati sunt duo Summi Pontifices:

JOANNES VI.	*Anno*	701.
INNOCENTIUS IX.	*Anno*	1591.
Quæ annorum summa ità computata:		1701.
		5.
		9.
		1.
Facit Summam & Annum:		1716.

Pontifices gemini quâ luce creantur in Urbe,
Hâc & in ABBATEM Te legit Ordo die.
Prælusêre Tuis PAPÆ per tempus aristis:
Conveniunt rebus tempora sæpe suis.
Gratia (a) Cœlestis Tua PRÆSUL Claustra fovebit,
Semper & *Insontem* (b) proteget illa Gregem.

(*a*) *Joannes* interpr. *Gratia.* (*b*) Innoc.

V.

Die 29. Oct. celebrantur duo SS. Abbates: THEODORUS, (Calend. Rom.) *& ABRAMIUS* (Calend. Græc.)

Astitit & geminus JOSEPHI vocibus Abbas,
Nè quid ad ABBATIS posset abesse decus.
Et THEODORUS adest Abbas, & ABRAMIUS Abbas,
Ille *DEI Donum* (c) spondet, & iste *dies.*

(*c*) *Theodorus* Græcè, *Donum DEI* Lat.

V I.

Eodem die recolitur memoria S. NARCISSI Hierosol. Episc. Calend. Græc.

Maluit in cremium floris *Narcissus* abire, (d)
Nympharum fieri quàm malesanus amor.
Nec JOSEPHE Tuam dederas Sirenibus aurem,
Sed Te mellifluus traxit amore Pater.
Illius Angelico plantaris Alumnus in horto,
Nutriture sacras, floris ad instar, apes.

Dignus

(*d*) *Ovid. L. 3. Metam.*

Dignus es *inscribi* NARCISSI *nomine*, (a) castus
Cui libuit, vitæ cum pietate, pudor.
Ergo NARCISSI festum celebrare memento;
Imò Tuum recoles, commemorando, diem.

(a) *Virg. Ecl.* 5.

V I I.

Item die 29. Oct. cadit Festum S. ANASTASIÆ Romanæ M. Calend. Græc.

Ceu uno *avulso* ramus *non deficit alter*, (b)
Succrescunt alij sic in honore Viri.
Ac velut *unius corruptio*, fataque formæ,
Alterius genesis jugiter esse solent:
Nasceris ex obitu sic Tu JOSEPHE prioris;
Illius occasus nam Tuus ortus erat.
Lux id ANASTASIÆ (c) firmat, quòd morte *resurgas*;
Scilicet Abbatis vita perire nequit.

(b) *Virg. Æneid.* 6. (c) *Anastasis* Græcè, *Resurrectio* Lat.

V I I I.

Die 29. Mensis Hebræorum Marhesuan (qui nostro respondet Octobri) perfecta est Domus Domini à Salomone.

Conditur assiduò domus omnipotentis Olympi,
Viventes lapides (d) quam super astra struunt.
Ædilis deerat, RAUDENSI ritè præesset
Qui fabricæ; JOSEPH debuit esse *Faber*. (e)
Hic Domini *templum* Præsul pius ædificabit, (f)
Infima cum *supera* stabit in orbe *Domus*. (g)

(d) *Eccl. in Hymno Dedic.* (e) Matth. 13. v. 55. (f) *In vita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroboravit templum.* Eccli. 50. v. 1. (g) *Duplex ædificatio.* Ib. v. 2.

I X.

Super illud: *Confundamus IBI linguam eorum.* Gen. 11. v. 7. Et: *IBI dabo tibi.* Cant. 7. v. 12.

Stulta *Babel* sileat cœptæ molimina turris,
Confusô labiô (h) quam malesvasa luit. (h) *Gen. ut sup.*
BERNARDÆA Cohors *labiô* felicior *unô*, (i) (i) *Gen. ut sup. v.* 1.
Nuper in Electum *consona* vota tulit.
At superest aliud, mea quod mihi pande Camœna;
Sic injungo tibi: dic mihi, quid sit IBI? (k) (k) *IBI dabo tibi. ut sup.*
Successiva Trias DOMINORUM RAUDA Tuorum
Hîc velata latet, quæ revoluta patet. (l)
Si liceat, dicam: quòd sit promissio facta
Cœlitus ista Tibi, quam breve signat IBI. (m)

(l) I osepho I. successit
B ernardus, Bernardo
I osephus II. neo-electus Abbas.

X.

X.

In illum S. Scripturæ textum: *Elevabitur Aquila, & in ARDUIS ponet nidum ſuum.* Job. 39. v. 27.

Effigies *Aquilæ*, Decus, ac Inſigne Ducale,
Pingitur in Scuto RAUDA vetuſta Tuo.
Talis in inſigni *Volucris* ſi nulla fuiſſet,
Nunc regnans ABBAS inſeruiſſet eam.
Hujus ad inſtar *Avis* poſuit ſuper *ARDUA* (a) nidum;
Gloria virtutis repere neſcit humi.

(*a*) Rauda *Anagr.* Ardua. ùt ſup.

X I.

In Inſigni Ducalis Monaſterij Raudenſis continentur illæ quatuor litteræ: M. O. R. S.; quas ità libet Chronographicè legere:

MENSE OCTOBRI RAVDÆ SVFFECTVS.

Hìc tacitô pugnant, fera *Mors*, *& Vita duello*; (b)
Dicere quis poſſet: *Mors tua*, *Vita mea*.
Nec tamen hanc gnomam verbis interpretor iſtis,
Multò alium ſenſum teſſera *Mortis* habet.
Chara *MORIMUNDI* (c) perhibetur Filia RAUDA,
Indigitant ſignis hoc elementa ſuis.
At mea Muſa vovet: JOSEPH, *qui mortuus* orbi eſt,
Neſtoris ut ſoſpes *vivat* in orbe dies!

(*b*) *Ecclef. in Seqv. Paſch.* (*c*) *Morimundum eſt Monaſterium S. Ord. Ciſt. in Burgundia.*

X I I.

Die 29. Oct. Arcturus (ſidus frigidum, Germ. der himmlische Fuhrmann) *occultatur.* ità Claud. Ptol.

§. *Idem alio nomine Bootes*, *& Arctophylax*, *quem ab Jove ad vitam reductum Poëtæ fabulantur.*

Occulit in foſſa BERNARDUS (d) ſvaviter oſſa,
Et velut *Arcturus* conglaciatus *obit*.
At *tranſivit hyems*, (e) ABBAS per vota revixit;
Nobile RAUDA ſuo Sidus in axe videt.
Macte bonis avibus, *currúque* vehêre *ſecundo*, (f)
Námque reges Æquos, non Phaëtontis equos.

(*d*) *p. d. Reverendiſſ: D. Anteceſſor.* (*e*) *Cant. 2. v. 11.* (*ſ*) Pharao *fecit* Joſeph *aſcendere ſuper currum ſuum ſecundum.* Gen. 41. v. 43.

X I I I.

October Syris Menſium ultimus; ejuſdem verò dies 29. Hebræis eſt pariter noviſſima.

Ultima Menſis erat lux, Menſis & ultimus iſte:
Detulit ABBATIS cùm Tibi RAUDA Pedum.
Ergo fuêre dies perfecti Menſis, & Anni,
Codicis Hebræi teſtibus, atque Syris?
Tunc meritò *vidit* Tua *conſummatio finem*: (g) (*g*) *Pſal. 118. v. 96.*

CrVX
eIDeM ereCta.

J.nDe N.anCIsCerIs R.egIMen J.nVItVs.

Ad pia BERNARDI m**I**les vexilla receptus,
Sub Crucis auſpicijs ſa**N**æ veſtigia vitæ
Mox formare ſtudes; **H**abitum CISTERCIUS ORDO
Vix JOSEPHE Tibi p**O**rrexit, ad ARDUA natum
Te virtute probas, ne**C** jactas Sanguinis ortum.

PaſsibuS his fIgis **G**reſſus ad culmeN honOris.

Nempe vices ſanctæ Sca**L**æ Crucis arbor agebat.
Et velut Iſacidæ (a) Nat**O** diſcrimina rerum
Ægypti Sceptrum pepe**R**êre; (b) PRIORIS onuſtum
Pondere tot luſtris, s**I**c Te JOSEPHE ſacrata,
Quæ deerat meritis, **A**BBATEM Mitra coronat.
Vota Tuis jungo vo**T**is pro fine, precórque,
Ut *propter JOSEPH Dom***U***i benedicat* (c) Olympus,
Faxit & Elyſiam gr**A**ndævum intrare quietem.

(a) Iſacides, ſeu Jacob Patriarch, cujus Filius Joſeph.
(b) Geneſ. 41.
(c) Geneſ. 39.

22000,-
3.XII.13



Bibliotheca
P.P. Camaldulensium in Bielany

Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej



02350

